

fius iun. e) summum sibi opus non solum in iure ipso datum esse credere, sed praecipue in ordine iudiciorum rei cardinem quaerere, cuius rei multa exempla invenies tum in Edicto perpetuo tum in Codice Theodosiano. Imo ita demum praevaluit rei iudiciariae pondus in legislatorum animis, ut ipsum ius ex sola iudiciorum consideratione componendum crederent, actionumque et rei iudiciariae ordo et usus esset pro systemate et regula iuris componendi, quod videre est in magno et divino iuris Justiniani opere, cuius divisionem tum in Institutionibus tum in Pandectis, quippe qui soli libri systematici sunt, ad ordinem actionum et iudiciorum potius institutam esse, quam ex intima philosophia derivatam, quod
Cicero

ante celeberrimam Valentiniani III Constitutionem describit Ammian Marcell. XXX, 4.

e) Annotarunt adeo Viri docti ordinem Codicis Theodos. et qui hunc secutus est Justiniani ex Edicto perpetuo esse, rei itaque iudiciariae aptum cf. SCHULTING. Ip. Antec. ad. Cod. Gregor. tit. de postulando: GOTHOFRED. in serie Codicis, quae in Manuali est.